

thodi nimirum meæ memores, eò utroq; oculo
respexerimus, ratio tractandi ipsa lineam studio-
rum tuorum deserere aut evertere haud potest. Nu-
mero alias (præfiscini!) Te inter eos, qvi doctri-
nam meam, de disciplina Juris Naturalis è statu In-
tegritatis deducenda, non minùs callent qvàm de-
fendere valent. Nòsti, me qvidem sacris doctri-
nis sacram Scripturam, absq; omni raptu, propri-
am relinqueret; mutuò tamen non nihil, qvod ci-
tra injuriam fieri potest, inde petere. Rides eos,
qvi cum ipsi fingant, qvod suis opinionibus subster-
nant fundamentum, me niti revelatione DEI, non
fictâ sed omni exceptione majori, ægrè ferunt. Vi-
des, hinc in studiis Tuis commodum haud exiguum
in Teredundare; ideoq; ut Tibi ipsi ne desis, sed Tuæ
potiùs prudenter faveas utilitati, hoc Tuum domi
pertractasti, pertractatum publicè produxisti argu-
mentum. Macte hâc prudentiâ, sed & obedientiâ
qvam Superioribus exhibes, Tuâ. Nihil reliquum
est, qvàm ut & ego, qvomodo has duas virtu-
tes Tuas jam approbaveris mihi, breviter indicem
& indicando laudem. Autor nimirum Tibi fui, ut di-
gereres dicenda in certa capita, distincte q; de rigo-
re ipso, de causis ejus & consequentibus diceres. Eni,
methodicè illud in tribus capitibus præstitisti: pru-
denter spero, sicut ad nutum meum promptissimè;
faxit Deus, ut etiam Feliciter!

mulier
Macte
mos non
enim
-alere
-latus
-latus